

PASSIO

causa est ut optetis uos magis occidi quam uinci.
scs alexander dixit. Iam tibi dixi. non licet scm
dari canibus. aurelianus dixit. Numquid ego ca
nissum. cessent uerba quia uerbera praestos t.
scs alexander dixit. Ego non timeo uerbera ista.
quae tempore transeunt. et in celeritate finem in
ueniunt. sed illa tormenta timeo aeterna quae
tu non times. Tunc iratus aurelianus. iussit eum
leuari in aculeo et torqueri. et ungulis atq. lampa
dibus attrectari. Cumq. diu hoc faceret. et ille
nullas mitteret uoces. dixit aurelianus. quare
taces. scs alexander dixit. quia tempore oratio
nis homo xpianus cum do loquitur. dicit ei aure
lianus. Responde ad omnia quae te interrogo.
et cessare faciam uerbera a te. scs alexander dixit.
stultissime ego te increpo. quia de tua crudelita
te non curo. aurelianus dixit. Considera quia
tibi triginta annorum aetas est. quare tuam uis
perdere iuuentutem. scs alexander dixit. Utinam
tu animam tuam non perderes. et cum esset in acu
leo scs alexander. misit ad eum uxorem eius dicens.
Liberate et dimitte istum scm alexandrum. quia
et tu mala morte moriturus es. et me uiduam de
relinques. aurelianus dixit. Nonne amicus tuus
est. et ideo ista uerba pro ipso loqueris. et de po
sito scō alexandro. iussit applicari euentium et the
odolum. quem interrogans dixit aurelianus.
Dic mihi alexander. isti qui sunt. Respondit scs
alexander. Ambo uiri sci. ambo prbi. Applica
to itaq. scō euentio. aurelianus dixit. quod dice
ris. scs euentius respondit. Nomine carnali euen
tius dicor. nomine spitali xpianus sum. dicit
ei aurelianus. et tu quando factus es xpianus.
scs euentius dixit. Ante hos annos septuaginta.
quia cum annorum essem undecim. sic baptizatus
sum. etiam cum annorum essem uiginti. bres by
ter ordinatus sum. Nunc uero ago octoginta
et unum aetatis annum. sed istum unum in carce
re habeo et in uinculis quod gaudeo. dixit ei aure
lianus. Consule senectuti tuae nega xpm esse dm
tuum. et amicum meum te faciam. et diuitem comi
temq. scs euentius dixit. Ubi est sensus tuus. ubi
est intellectus tuus. putabam te aliquid sapere.
tu autem caecus corde. non potes uidere quod dī est.
Unde miser. uel tarde intellege quia homo morta
lis es. et age poenitentiam. et crede xpm filium dī
dm uerum esse. ut possis eius misericordiam inue
nire. Tunc amoueri fecit aurelianus hunc. et iussit
sibi theodolum applicari. Cui dixit aurelianus.
Tu es qui iussa mea pro nihilo computasti. sed theo
dolus dixit. et pro nihilo te ipsum per omnia con
putabo. qui scōs dī his suppliciis maceras. Quid
fecit scs alexander. ut tantis eum tormentis af
fligeres. aurelianus dixit. quasi tu immunis eris.
scs theodolus dixit. Credo de misericordia dm.
quia non separabor a societate martyrum eius.
Tunc aurelianus iussit incendi fortiter furnum.
iussitq. scm euentium et scm alexandrum dorsum
ad dorsum ligari. et sic in furnum precipitari can
dentem. scm uero theodolum ante ipsum furnum
stare precepit. ut eorum territus passione ad
sacrificandum idolis consentiret. scs alexander
clamauit dicens. frater theodole festina uenihuc
et alge nobiscum. quia ille quartus qui inter tres
pueros hebreos apparuit. hic nobiscum est. Ex
iliens in ignem theodolus ingressus est furnum. agen
tes do gratias et dicentes. Ignem nos examinasti. et
non est inuenta in nobis iniquitas. quod cum nun
tiatum fuisset aureliano. iratus ingemuit. et an
gustiatus est prae furore. Tunc iussit scm euen
tium et scm theodolum decollari. scm uero alexan
drum pungi per tota membra praecepit. Cumq.
eis quasi mortuis insultaret. uox facta est ad eū
de caelo dicens. Aureliane. istis quibus insultas aper
tus est paradisus dilitiarum. tibi autem apertus
est tartarus et infernus. Adhaec uerba tremor
corripuit aurelianum. et coepit ad seuerinā uxo
rem suam dicere. Uenit ad me quidam iuuenis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0182